



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
DE LEGIBVS

SENATVSCONSVLTIS  
ET LONGA CONSVETV-

D I N E.

QVAS DIVINA ASPIRANTE GRATIA,  
PRAESYDE CLARISS. VIRO, D. IOANNE Mi-  
chaële Cronenburgero, SS. LL. Licent. Dictatore  
publici apud Coloniam Vbiorum I C.  
Collegij. vii. Decembris  
Anni M. D. LXXX.  
tuebitur.

IOANNES *Kleppinck*.



COLONIAE AGRIPPINAE B  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

## CONTIN VATIO

**R**ecedentibus titulis generaliter iustitiae ac Iuris doctrinam originemq. proponentibus rectè præsens subiungitur, specialiter essentiam vim & efficaciam specierum Iuris, tam scripti ex consensu manifesto (a) (& præcipuè duarum eius partium legis & Senatusconsulti) quàm non scripti ex tacito procedentis, (b) declarans. (c)

(a) §. constat, Inst. de iure nat. gen. & ciu. l. ius ciuile. 6. ff. de Iust. & iure. (b) l. de quib. 32. cum seq. h. t. (c) VVes. Zaf. & alij in parat. ff. h. t.

## THESIS I.

**L**ex diuersimodè describi potest, latè, quod sit commune præceptum, virorum prudentium consultum, delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio, communis Reip. sponsio. (a)

(a) l. i. ff. h. t. vbi Zaf. latè hanc defin. explicat, & Ias. ibidem.

### II.

Strictè vt conueniat iuri Romano: Lex est, quod Pop. Romanus Senatorio magistratu rogante, veluti Consule, constituit. (a)

(a) l. Lex est Inst. de iure nat. gent. & ciuili, Mar. in spec. aureo p. 3. nu. 21.

### III.

Hodie translato in principem omni imperio, is hanc potestatem habet, & quodcumq. ei placuerit, pro lege habetur, (a) quemadmodum & quilibet Rex Superiorem non recognoscens, (b) vnde si per eum inducatur obligatio noua non expresso actionis nomine etiam, Condiçt. ex lege Principali agendum erit, (c) Secus si superiorem recognoscat. (d)

(a) §. Sed & quod principi. Inst. de iure nat. gent. & ciuili. l. i. ff. de constit. l. 2. §. ita in ciuitate nostra. vers. aut est principalis, ff. de orig. Iur. (b) Sebast. Med. in tract. de leg. & statut. p. 1. q. 19. num. 3. Ias. in l. 1. num. 10. C. de Sum. trinit. vbi communem dicit. (c) Sichard. in Rub. C. de cond. ex lege. num. 7. (d) Ias. in l. 5. ff. de verb. oblig. VVesensb. in parat. C. h. tit.

### IIII.

Conduntur leges, vel propter personas, vel res, vel iudicia, (a) eaq. futura non præterita, (b) nisi veniant declaratiuè, (c) vel nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotijs caueant. (d)

(a) l. 2. verb. duntaxat negotijs atque personis, & l. 3. C. h. t. VVes. in parat. ff. n. 4. & C. eod. n. h. t. (b) l. leges & constit. 7. C. & l. cū lex. ff. h. t. c. fin. de constit. Sebast. Med. d. tract. q. 8. p. 3. num. 30. (c) Bald. in d. l. leges. num. 1. & Ias. in l. non dubium in 6. Notabili. (d) Med. d. loco p. 4. q. 35. & ibid. per eum allegati Sich. in l. assiduis. 12. num. fin. Qui pot. in pig. hab. casus in l. fin. C. de pact. pig.

### V.

An verò si lex noua facta fuerit, & de contractu ante legem nouam inito, lis moueatur,

tur, noua lex interim facta, porrigat se ad iudicium postea susceptum? Et sub distinctione; negatiue, lege circa ordinationem contractus: (b) affirmatiue, circa ordinationem processus disponente concludo. (c)

(a) gl. in l. leges & confit. & ibid. Bald. num. 2. C. h. t. (b) Auth. vt cum de appell. cog. in prin. facit ratio, quod contrahentes de alia solennitate non poterant diuinare l. testium 3. C. de testib. (c) Bald. d. loco per ibid. alleg. Castren. per l. 3. §. pen. C. de iur. calum.

#### VII.

Constitui leges de eis, quae frequenter contingunt, oportet, (a) Cum verò omnes articulos legibus comprehendere impossibile sit, permissum est ei, qui iurisdictioni praest, cum in aliquo casu sententia earum manifesta est, ad similia procedere (b) nisi sint contrarationem suscepta. (c)

(a) l. iura vbi Bart. cum seqq. 4. 5. 6. 8. & 10. ff. h. t. (b) l. & ideo 11. cū seq. ff. h. t. (c) l. quod contra 14. ff. h. t. Vbi latè Zaf. quia ad vnum inconueniens non debet aliud sequi argum. l. 1. C. de dotis promif.

#### VIII.

Ad essentiam legis, scripturam omnino necessariam esse arbitror, (a) atque in eo etiam à consuetudine differre, scripturam non requirente, (b) licet in scripturam redacta (vt in vsibus feudorum patet) nomen consuetudinis retinente. (c)

(a) §. ex non scripto, Inst. de iure nat. gent. & ciui. gl. in l. 1. ff. h. t. & Bald. ibid. & alij cōmuniter licet communior opinio sit contraria. Med. q. 11. num. 1. p. 3. de legib. (b) Bart. in l. 2. C. quae sit longa conf. nu. 5. Pet. Rauē. in tit. de consuet. sect. 1. nu. 4. Cast. in l. de quib. nu. 7. h. t. Vef. in parat. ff. h. t. in medio nu. 8. (c) Roch. Cur. in praefat. nu. 5. 6. & seq. tract. de conf. Vbi hanc opin. communiorem tradit. num. 7. VVescnb. in proœmio tract. feud. num. 6.

#### IX.

Virtus legis est imperare, vetare, permittere, vel punire, (a) & quodcunque contra eiusdem prohibitionem, siue directè, siue indirectè factum fuerit, illud pro nullo est, (b) atque praeterea contra faciens poena arbitraria puniri potest. (c)

(a) l. legis virtus 7. ff. h. t. (b) l. non dubium. C. h. t. (c) l. nemo martyres vbi gl. & additio in litt. d. C. de sacros. Eccles. Bald. & Cast. ibid.

#### X.

An autem actus subsistat, quando eundem lex prohibet & extrinsecam poenam specialem subiungit, nihil autem de annulatione meminit, controuersi iuris est. (a) Et sub distinctione communiter respondetur. (b)

(a) Bald. in l. non dubium, nu. 28. & Bart. & in l. cum lex 46. ff. de fideiuss. & in l. praetor 20. ff. de op. nou. nunc. (b) Bald. d. loco. & num. Cast. ibid. nu. 6. vbi tradunt.

#### XI.

Communis verò utilitatis ac salutis causa constitui lex debet, (a) & si priuatorum odio facta sit, (b) illudq; legitimis coniecturis probari queat, licet verbis generalibus concepta sit, appellare ab ea vel exceptionem doli opponere possunt. (c)

(a) l. humanum. C. h. t. & Auth. de mandatis princ. in initio l. lex & l. iura ff. h. t. (b) l. huma-

humanum C. h. t. (c) Bart. in l. omnes populi num. 53. De Iust. & Iur. ff. Iason in l. lex i. n. 3. 4. 5. & 6. ff. h. t.

### X I.

*Cum verò legitimo modo lex condita est, & certum tempus non adiectum (a) communiter placuit, scientia non interueniente interim, (b) duobus à die publicationis effluxis mensibus ligare. (c)*

(a) cui aliàs standum. Med. q. 34. p. 4. tract. de legib. c. cum singula. de præbendis (b) l. fi. de dec. ab ord. fac. Bart. in l. omnes populi nu. 37. & addit. ibid. in litt. k. dicit hanc opinionem veriore. (c) Medic. d. loco in fine, d. q. 34. auth. vt factæ nouæ Constit. Nouel. 66.

### X II.

*Denique derogatur legi constituta, & illud variè vel per Contrariam posteriorem, (a) vel per rationem sublatam, (b) per non usum verò neutiquam, si non habeat actum in se legi expressè contrarium. (c)*

(a) Med. q. 36. num. 1. p. 4. (b) d. loco. Med. num. 2. Sich. C. de collat. num. 7. (c) Med. d. p. q. 37. Sich. in l. rem non nouam, 12. num. 7. C. de iud. Iason in l. de quibus num. 33. vbi communem tradit.

### X III.

*Senatusconsultum est, quod Senatus iubet atque constituit, (a) qua potestate licet hodie careat, (b) manent tamen ea, quæ in corpus relata sunt Senatusconsulta in suo vigore & autoritate. (c)*

(a) l. Lex Inst. de iure nat. gent. & ciu. l. vnica de Senatusconsultis, l. non ambigitur ff. h. t. (b) Nouella Leonis 78. (c) Cuiac. in parat. C. de Senatusconsultis.

### X IV.

*Consuetudo porro, (a) de qua tertia tituli pars agit, hoc pacto describi potest; quod sit ius non scriptum vsu approbatum, (b) vim legis obtinens. (c)*

(a) l. de quib. 32. cum seq. ff. h. t. §. ex non scripto. Inst. de iure nat. gent. & ciuili facit l. omnes populi 9. ff. de iust. & iur. (b) d. l. de quib. cum seq. ff. h. t. (c) Petrus Rauen. in tit. de consuet. sect. 1. nu. 1.

### X V.

*Hæc vel generalis est, quæ instar legis vbique obseruatur, (a) vel specialis seu localis, quæ ad certum locum restricta est, vim statuti siue legis municipalis obtinens, (b) ac incolas in locis tantum vbi viget, (c) non verò extra territorium obligans. (d)*

(a) V Vesenb. in parat. num. 8. h. t. Schneid. in §. ex non scripto, num. 2. de iure nat. gen. & ciuili. (b) V Vesenb. d. loco & alij ibid. allegati, Ias. in l. de quib. num. 6. ff. h. t. & nu. 54. in medio Aluarot. in c. 1. de feudi cog. in fine num. 3. facit l. cum de 34. ff. h. t. (c) Gail lib. 2. obs. 35. (d) Curt. sect. 9. num. 20. incipit decimotertio quæro. vbi communem tradit. facit c. vt animarum §. 1. de const. lib. 6. l. fin. ff. de iuris d. om. iud. Bart. in l. 1. num. 23. C. de summa Trinit.

### X VI.

*An autem forenses Consuetudini locali subijciantur, maius dubium est, id quamuis regulariter negetur, (a) in actibus tamen quos in huiusmodi locis celebrant, tenentur solennitates ibidem adhiberi solitas obseruare. (b)*

(a) Roch.

(a) Roch. Cur. sect. 9. num. 1. Iason in l. 1. C. de summa Trinit. & fide cathol. c. certificari de sepult. (b) Med. q. II. p. 4. de leg. Cor. d. loco num. 2. vbi late per can. quæ contra mores. 8. dist. in verbo peregrini & per l. si fundus ff. de cuiet.

### XVII.

*Ulterius questionis esse potest, an facto compromisso in arbitrum vt de iure pronunciet, possit secundum statuta vel consuetudines loci pronunciare? Et affirmatiue concludo. (a)*

(a) Curt. in præfat. c. cum tanto ext. de consuet. num. 37. Panorm. in Rubrica num. 2. ext. de consuet. Iason in l. omnes populi num. 18. ff. de iust. & iure in prima lectione, & secunda num. 23.

### XVIII.

*Introducere Consuetudinem quidem omnes superiorem non recognoscetes possunt. (a) Recognoscentes vero, atque ius statuendi habentes duntaxat localem, (b) citra superioris auctoritatem atque scientiam, modo non contradicat. (c)*

(a) VVesemb. in parat. num. 8. h. t. (b) Schneid. in §. ex non scripto num. 3. Inst. de iure nat. gent. & ciuili & Ias. in l. de quibus nu. 30. ff. h. t. (c) Schn. ac Ias. d. loco, Cur. d. tract. in c. cum tanto num. 24. ext. de consuet. communem dicit, vbi plures ad hoc allegat, idem testatur Panor. in d. c. nu. 13.

### XIX.

*Vt autem subsistat Consuetudo, Principio inter alia requisita vt sit rationabilis, (a) requiritur. vnde grauer disceptatur de Consuetudine in totum parentib. legitimam auferente, an valeat? Et eam non valere si in totum, si vero pro parte tollat, obtinere concludo. (b)*

(a) l. quod non comune 39. ff. h. t. c. fin. ext. de cons. vbi Curt. sect. 2. num. 23. & sect. 3. in princ. Schneid. in §. ex non scripto. num. 4. Inst. h. t. Gaill lib. 2. obs. 31. num. 11. (b) Mynsing. cent. 6. obs. 44. vbi plures huius questionis auctores numerat, quem vide.

*Omnes illæ Consuetudines matiles sunt, An videtur consuetudo vbi sit a multitudine, minime facit, etiam de uno homine. Hoc autem declaratur a quo sit oia consuetudo, id quod vultur, ut in uetustis, sicut in p. sed au. u. X. Nouissima Consuetudine popularem nascitur.*

*Secundo: Actuum frequentia, ex quib. tacitus inducentium consensus, ad legitimam consuetudinem etiam necessarius, (a) colligi queat, requiritur (b) eosq. extraiudiciales esse, si sint notorij, (c) ac alij haberi nequeant, (d) sufficit.*

(a) l. de quibus in fine, & l. Sed ea 35. ff. h. t. (b) l. 1. C. quæ sit longa cons. l. an in totum. 3. C. de ædific. priu. (c) Schneid. in §. ex non scripto. nu. 3. Mynf. cent. 6. obs. 41. nu. 15. vbi communem tradunt & Gaill lib. 2. obs. 31. nu. 8. (d) l. cum de consuetudine 34. & l. nam Imperator 38. ff. h. t. Bart. in d. l. de quibus nu. 13. ff. h. t. VVesemb. in parat. nu. 8.

### XXI.

*Postremo legitime prescripta erit, (a) Atq. ad hoc decem annos de iure ciuili sufficere communiter placuit, (b) exceptis eis, quæ principi iure præeminentia reseruatæ sunt, rebus. (c) Verum hoc expresse iure non definito tempore, (d) ijs potius qui iudicis arbitrio committunt, assentior. (e)*

(a) l. diu-

(a) l. diuturna ff. h. t. Mynf. cent. 6. obs. 4. nu. 9. Gail lib. 2. obs. 31. n. 1. (b) Iaf. in l. de quib. num. 45. ff. h. t. (c) Schneid. in §. ex non scripto nu. 5. Inst. de iure nat. gent. & ciuil. (d) Cuiac. in parat. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cent. 1. cap. 83. nu. 6. (e) Menoch. d. loco, ubi pulchre tradit quemadmodum Iudex tempus arbitrari possit, ex varijs circumstant. adde doct. à Menoch. citatos & Cuiac. d. loco.

## XXII.

*Eodem modo de alijs duob. requisitis statuendum videtur, vr cum certò definitum non exstet, quæ consuetudo dicatur rationabilis (a) & quot actus sufficiant (b) arbitrio Iudicis vtrumq; committatur. (c)*

(a) Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cent. 1. cas. 82. in prin. Schu. in §. Ex non scripto nu. 4. Inst. de iure nat. gent. & ciuil. (b) Iaf. in l. de quib. nu. 51. & Menoch. d. loco. cas. 81. Mynf. cent. 6. obs. 41. nu. 7. Bart. in l. de quib. secunda lect. nu. 12. argum. l. 1. ff. de iure de lib. in fine. (c) Dd. citatis locis.

## XXIII.

*Fundans se in consuetudine semper eandem allegans, (a) ac nisi generalis & notoria sit probare, (b) tenetur, idq; vel per scripturam, si in eam redacta est, (c) vel ea deficiente per duos testes, (d) de actuum frequentia, & temporis diuturnitate deponentes. (e)*

(a) Iaf. in l. de quib. nu. 88. lect. 2. per c. super eo 3. vbi Canon. de coniug. spirit. Mar. p. 3. nu. 129. Cur. ante cit. loco. Sect. 8. incipit tertio quæro in fine, nu. 4. (b) Mynf. cent. 5. obs. 96. Gaill lib. 2. obs. 31. nu. 17. & alij antè citati, (c) hoc quibus modis fiat, tradit Bart. in secunda lect. d. l. de quib. num. 21. (d) Curt. d. loco, & Sect. num. 8. incipit quarto quæro. per l. vbi numerus ff. de test. (e) Cur. d. loco. num. 31. vbi communem asserit. V Vescenb. in parat. h. tit.

## XXIV.

*An autem doctori de consuetudine attestanti credatur? Deinde ei, contra quem allegatur & probatur, in contrarium consuetudinem non adesse, probare permittatur? controversi iuris est. Et ad priorem negatiuè (a) posteriorem verò affirmatiuè (b) respondendum videtur.*

(a) Iaf. in d. l. de quib. lect. 2. num. 89. in fine. Curt. in d. c. Sect. nu. 9. vbi communem dicit Mynf. cent. 6. obs. 68. vbi hanc opin. veriore dicit. (b) Cur. d. loco. Sect. 5. nu. 1. vbi plures allegat, & hoc verissimum reputat.

## XXV.

*Effectus Consuetudinis est, si secundum legem introducta est, vt eam interpretetur, & confirmet (a) Si prater legem in casu à iure non deciso sola obtineat, (b) Si contra legem non adiecta clausula consuetudinem improbante, (c) ei deroget. (d)*

(a) c. cum dilectus 8. ext. h. t. l. si de interpretatione 57. ff. h. t. & Curt. in c. cum tanto Sect. 5. num. 4. (b) l. 3. C. quæ sit longa cons. & d. l. si de interpretatione (c) c. ex parte ext. h. t. l. 3. §. Diuus, ff. sep. viol. Et ita auth. Cassa. C. de Epif. & cler. auth. Nauigia C. de furt. procedit secundum Zaf. in l. de quib. num. 42. adde Rauens. Sect. 3. num. 45. (d) Iaf. in l. de quibus num. 35. & ibidem Bart. in lect. 1. & 2. num. 5. & Castrensis num. 18. 19. & 20. vbi declarat quomodo intelligenda sit Glossa volens erroneam consuetudinem legi non derogare, eodem modo vt Bart. & Iaf. cit. locis.

Hinc



XXVI.

Hinc dupliciter infero consuetudinem contra ius commune receptam, (a) in multis locis, ut in defuncti coniugis hereditate superstes, liberis non exstantibus, (b) vel si super sunt in bonis duntaxat mobilibus succedat, liberis penitus exclusis, (c) ut validam, ac rationi non contrariam subsistere.

(a) l. i. C. unde vir & vxor. (b) Gaill lib. 2. obs. 124. Oldendorp. Classe 5. act. 6. (c) Gail d. loco num. 3. vbi plures allegat Curt. Sect. 5. nu. 11. in c. cum tanto ext. h. t. Peck. in tractatu de testamentis coniug. cap. 1. num. 1. lib. 2.

XXVII.

Non minus autem atq; leges ipsae, consuetudo obseruanda erit, vbi valida reperitur, (a) cum vtriusque transgressoribus eadem sit praestituta poena. (b)

(a) l. minimè 23. & l. si de interpretatione 37. ff. h. t. Med. d. tract. de legib. & stat. q. 16. nu. 2. p. 2. (b) gl. in can. in his 11. distin. in verbo. consuetudinum. Ias. in d. l. de quib. num. 7. Pet. Rauen. in d. tit. de consuet. Sect. 1. nu. 26. & Sect. 2. num. 43.

XXVIII.

Hinc etiam Iudex contra eam iudicans litem suam facit. (a) An autem is consuetudinem loci litigantium, vel Iudicij sequi debeat, grauius disceptatur. (b) Et communiter eum in preparatorijs & Ordinatorijs Iudicij consuetudinem, (c) in decisorijs loci contractus, (d) sequi debere obtinuit.

(a) Ias. in l. de quib. num. 7. ff. h. t. §. 1. Inst. de off. iud. vbi Dd. VVes. in parat. ff. h. t. ferè in fine. (b) Cur. in d. c. cum tanto Sect. 8. incipit decimosexto quæro nu. 37. (c) l. 3. ad finem ff. de testib. Bart. in Rub. C. quæ sit longa consu. nu. 30. (d) l. si fundus ff. de cuius. adde Curt. d. loco, plenè hic distinguentem.

XXIX.

Denique consuetudo legitime introducta, & praescripta per contrariam similem tollitur. (a) Nondum verò praescripta per vnicum actum contrarium interrumpitur. (b)

(a) Bart. in Rub. C. h. t. num. 40. Ias. in d. l. de quib. num. 79. Panor. in c. fin. ext. de cõf. Cur. d. tract. Sect. 4. nu. 69. (b) Curt. d. loco, num. 66. per gl. in l. nemo §. temporaria 165. ff. de reg. iur. & num. 67. vbi requirit ut actus sit factus a populo vel maiore parte. adde Panor. cit. loco num. 19.

XXX.

Finaliter occurrente casu, neque iure scripto, neque consuetudinario deciso ad simile consuetudinis recurrendum, (a) lege autem scripta exstante simile consuetudinis repudiandum (b) concludo.

(a) l. de quib. ff. h. t. & l. i. C. quæ sit longa conf. Ias. in d. l. de quib. nu. 13. Cur. in d. tract. Sect. 4. num. 3. Cast. in d. l. de quib. num. 2. limitat si sit secundum ius. (b) Ias. fusè d. loco. num. 14. vbi communem asserit, & Fulgosium contrarium tenentem reprehendit. Cur. latè d. loco.

COROL

# COROLLARIA

## I.

*Consuetudo permittens in causa feudali soli Domino Parium Electionem non valet.* (a)

(a) Gail. lib. 2. obs. 34. tex. apertus in c. 1. circa med. Si controuersia fuerit inter dom. & ag. & c. 1. de cons. feudi apud pares termin.

## II.

*Consuetudo vel statutum de rebus feudalibus testamenti factionem indulgens, (a) contra iura feudalia generalia, ubi recepta, subsistit.* (b)

(a) Bald. in c. 1. §. circa fin. princip. in penul. quest. num. 10. de succes. feudi Ias. in l. de quib. nu. 65. h. t. (b) c. 1. de suc. feud. vbi Feudistæ.

## III.

*Quot Actus ad acquirendam consuetudinem in feudandi sufficiant, Iudicis arbitrio re-  
tius committitur.*

Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. Cent. 1. casu 81.

## IIII.

*In feudis ius commune post feudales consuetudines attenditur.* (a)

(a) Vvesenb. in proem. in tract. de feud. nu. 4. Bald. in c. 1. num. 5. de feudi cognit. Maranta parte 3. num. 68.

## V.

*Discrepante iure civili à Canonico in questione Iure feudali non decisa, in utroque fo-  
ro huic statuitur.* (a)

(a) Bald. in c. Imperialem §. fin. vers. Porro in feudis de prohib. feud. alienat. per Fred. Curt. Sect. 9. num. 50. in c. cum tanto ext. h. t. Maran. p. 3. num. 88.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





THESES  
 DE LEGIBVS  
 SENATVSCONSVLTIS  
 ET LONGA CONSVETV-  
 DINE.

VAS DIVINA ASPIRANTE GRATIA,  
 AESYDE CLARISS. VIRO, D. IOANNE MI-  
 chaële Cronenburgero, SS. LL. Licent. Dictatore  
 publici apud Coloniam Vbiorum IC.  
 Collegij, vii. Decembris  
 Anni M. D. LXXX. X.  
 tuebitur.

IOANNES Kleppinck.



COLONIAE AGRIPPINAE B  
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

